



**Antiqvae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

II. De Origine S. Erminoldi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

erunt, in sanctitate & iustitia coram illo. Inter quos Deus omnipotens similem illum fecit in gloria sanctorum, de quo scriptura sumus, Beatissimum felicet ERMINOLDVM PRUVVINGENSEM primum Abbatem, speculum sui temporis & exemplar, & posteriorum lumen & iubar illustre. Et tu ergo Ecclesia PRUVVINGENSIS nequaquam minima es Mich. 5: in principiis Monasterijs ALEMANIAE, ex te enim exiit, non quidem carnis exortu, sed spiritus transitu ex hoc mundo ad patrem venerabilis ille Dux, qui de vita sacerdotali Ägypto eductus, vita pariter & virtute Moysaica, Pharaone id est principe mundi relicto, ad tertiam veræ promissionis, ut alter Iosue te præcessit, Scenegem Amorreorum & Og regem Basan & omnia regna Chanaan, per quæ multiforis informitas intelligitur vitiorum, strenuo ante cōgredi triumphans. Ad cuius illustria tandem calamus se conuertat, quem spiritus sanctus & temperare & irrigare dignetur, qui eius quem descripturus est, tanquam venerabilis templi sui consecrator pariter extitit & possessor.

Lue. 1: Ephes. 4:  
1. Thess. 3:

## DE ORIGINE S. ERMI noldi.

**B**EATUS igitur Erminoldus de gente SVEO-RVM progenitoribus quidem exortus est, modo sacerdotali satis claris. Qui concesso sibi pignore tali diuinitus, Dei gratiae non ingratiti, filium suum in HIRS AVGIENSI cœnobio diuinis curauerunt obsequijs mancipare. Annæ illius utique spiritu non carentes, ut sicut alter Samuel à iumentate sua & usq; in senectam & senium coram domino ministrare consueceret in eodem. In quo videlicet studio pie-tatis

II.

Sap. 8.

tatis desiderium eorum attulit eis Dōminus, nec sunt  
 fraudati à desiderio suo, dum quod omnimodis optauerūt  
 completum sibi que concessum in filio lætabantur. De-  
 niq; puer erat ingenuosus, & fortitus est animam bonam,  
 & ingenij quidem capacitate, scientiam præpollentem, ac  
 animæ bonitate, virtutes eximias apprehendit, bonitatem  
 & disciplinam & scientiam doctus à Spiritu, à quo pro-  
 fecto ductus est in desertum vitæ claustral. Vbi licet à  
 Diabolo tentaretur, membrum tamē insigne capiti Chri-  
 sto cohærens, & capitis armatura triumphans exiuit vin-  
 cens ut vincere, & victor coronam perciperet repromis-  
 sam. Beati igitur regulam BENEDICTI, benedictus ipse à  
 Domino tanquam regni tramitem apprehendens, itē  
 vitæ suę secundum statutum illius ita direxit, vt Abbas ex  
 Monacho, magister fieri ex discipulo mereretur. Siquidem  
 beati VVILHELMI tunc HIS RAVGVIENSIS Ab-  
 batis vitæ modum ac formam ita moribus suis impressit,  
 ita perfectionis illius studuit imitari vestigia, ut iam qua-  
 lis pater talis filius appareret, & magister in discipulo vi-  
 deretur, & nulla iam posset esse dubietas, super hunc He-  
 licem spiritum Heliæ & requieuisse. Idem vero venera-  
 bilis VVILHELMVS, apud Ecclesiam S. martyris EMME-  
 RANI in vrbe Ratispona sub sancto RAMVOLDO,  
 eiusdem Monasterij tunc Abbatte Prior extiterat, non  
 fama fallaci solummodo, sed veraci præconio merito-  
 rum longe lateq; clarescens, ad HIRSAGAVIENSEM est  
 electus Ecclesiam, in qua Beatus, ut dictum est, ERMI-  
 NOLDVS sub eodem spiritualis miliciæ tyrocinia taliter  
 exercebat, ut non longi temporis interfluxu, signifer  
 ex athleta, ex satellite campiductor & ex  
 milite primicerius crea-  
 tur.

QVOMO-